



Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

39. Tres tiliæ S. Adiliæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Tollere pars humeris, manibus pars tollere visa,
At præferre alijs, cœlicus Ordo, Crucem.
Ad Triadem vis ire? crucem sfferre memento,
Cernitur ordo triplex: at Crucis una via est.

SYMBOLVM 39.

*Tres Tiliæ, quas S. Adilia Abbatissa plantat in nomine SSS.
Trinitatis. In ejus vita 13 Decem:*

Virgo memor Triadis dono, se lucis adeptam
(a) Munera, cum sacris prolucretur aquis;
(b) Tres Tiliæ ramos licet obnitente fororum
Consilio, Præses provida mandat humo,
Nomine tres Triadis plantæ tria sæcla virentes,
Virgineo sunt gratior umbra choro.

(a) A nativitate cœca in baptismo illuminatur. (a) Accipiens primam plantam dixit: ego te
planto in nomine Patris. Secundam in nomine Filij. Tertiam in nomine Spiritus S. ad
honorem absconditi mysterij SS. Trinitatis.

SYMBOLUM 40.

*Tertium iter Hierosolymitanum ac Romanum. B. M. Theodo-
rus de Cellis ex familiâ Baronum de Celle, ex Canonico S
Lamberti Leodij, Magister Generalis hifce in regionibus.
Ordinis S. Crucis propagator, tertio Hierosolymam, toties-
que, licet debilior proficiscitur Romam amore SSS. Trinita-
tis succensus. Ex Chron. ord. nostri.*

CEllesi claræ stirpis prænobile germen
Nunc decus & nostræ Religionis honos.
Ut Crucis in toto repares encomia mundo,
Ter repedas Romam, ter Solymamque petis.

Quid